



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Friderici Forneri Theologiæ Doctoris Canonici Ecclesiæ
Collegiatæ diui Stephani Bambergæ, De Temulentia
Malo, Eiusque Remediis, Variis Item Scitu Iucundissimis,
nec non vtilissimis de rebus, quæ in ...**

Förner, Friedrich

Ingolstadii, 1603

Cap. X. De ie[n]taculo, Merenda, comessatione, quanquam & de hac
superius quoq[ue] nonnihil differtum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45433

res, nominis huius authores, non modò non arguam, sed laudabo. Dulce est enim & optabile, & honestum amicis conuiuere. Sed comeffationem conuiuium appellatis, turpissimæq; rei pulcherimum nomen imponitis; quasi verò cum amicis non possit viui aliter, quàm comedendo & bibendo solùm, ni ad:it mutui amoris excitatio.

In Cato. Major.

Illud hic non prætereundum, huiusmodi coitiones amicorum, ad communes epulas, melius à nobis appellari conuiuia, quàm à Græcis Symposia. Etiam ipso Cicerone ad stipulante. Is quippè sic hæc de re loquitur. Benè enim maiores nostri accubationem epularum, quia vite coniunctionem haberet, CONVIVIUM nominarunt, melius quàm Græci, qui hoc ipsum modò Symposium, quasi comotationem, modò Sympipnon, quasi concœnationem vocant. Et hæc de nomine conuiuij. Nam de rebus, quæ sub ipso latent, plura deinceps.

CAPVT X.

De ientaculo, Merenda, comeffatione, quæquàm & de hac superius quoq; dissertum.

Ientaculum Græcis ἀρξαιεμόν, dictum: & ientare, vt ex Isidoro constat, ieiunis erat cibus matutinus; cuius horam & vsum, Martialis lepido versu complexus est. -

Quid ientaculum.

In Apophoreti.

Surgite iam pueri, vendit ientacula pistor; Cristataq; sonant vndiq; lucis aues.

Georg Pistorius succipuarum

Sed vtrum ista victus ratio cuilibet, nullo ætatis habito discrimine, primo statim manè, cum è nido tepido euolârit, semper expediat? Non existimo. Nam de ea sic iudicat, medicus quidam rarissimæ eruditionis. Concesserim istam diluculo edendi consuetudini.

rudinem, tenerioris ætatis pueris, ac puellis, in quibus vi-
gore maximo feruet calor naturalis, semperque exigit,
quod coquat ac digerat, ne omnino ventriculus euacue-
tur. In adultioris verò ætatis hominibus omnino est im-
probanda: obtundit quippè cerebrum, fumis è somno re-
liclis, nondum bene discussis, atq; serenatis, & somno-
lentos, atq; ad negotia gerenda, tardos ac pigros efficit.
Hæc ille. A qua lege non immeritò exemerim illos,
qui difficiles laborum operas tractant atq; exercent;
vt agriculturam, vel alia, magnam virium contenti-
onem exigentia, mæchanicorum opificia.

Merenda. Cibus est post meridiem, ante cœnam,
ab ipso usu nomen consecutus: Nam operariis Me-
renda communiter est propria, vt qui pomeridia-
nis laboribus Merendam, hoc est dandam aliquam,
merentur refectionem. Ideoq; tùm ipsis tùm pueris.
vt ientaculum præcipuè permittitur. *Comestationem.*
à comitate dictam putant, quod post cœnam, & in-
tempesta nocte vigilantes, vel etiam stantes, & ne-
quaquam accumbentes, comiter comestarentur
atq; perporarent. Hinc apud Liuium Demetrius iam
cœnatus. *Quin comestatum,* inquit, *ad fratrem imus:*
De hoc ipso victus genere superiori libro dictum sa-
tis. ea hic nolimus iterare.

quæst.
Dial. 4.

Ientacu-
lum adul-
terioribus
haud sua-
detur.

Quid me-
renda?

Quid co-
mestatio?

Liu. l. 10.
Dec. 1.
L. 8. ca. 24.

CAPVT XI.

De prandio & cœna.

Alexander ab Alex. De prandio atq; cœna sic
scriptū reliquit. Apud priscos seruatu est, vt pran-
dia in usu non essent, sed qua hora cœna apparabatur,
ea prandium fieret, quod tempus nona esse consuevit,
sepe octaua. ante mediam verò diem pranzum fuisse,
vel

L. 5. Geni-
al. cap. 21.